



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De crebrâ per diem mentis in Deum elevatione ex omnibus, quæ per
sensus attinguntur, animæque potentiis se objiciunt

Limpens, Ferdinand

Coloniæ Agrippinæ, 1744

Fornax.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54773](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54773)

me secundum verbum tuum. Pl. 118. *Lapsus falsa lingua quasi qui in pavimento cadens. Sic casus malorum festinanter veniet. Eccl. 20. In pavimento quidem plano, sed saxi constructo corruit, ubi minimè putabat, adulator, detractor.*

Fornax.

EDuxi eos de terra *Aegypti de fornace ferrea.* Jer. 11. *Mundus est talis fornax, ex qua educus es ad relig. ordinem. Missi sunt in medium fornacis ignis ardentis. Effundebatur flamma super fornacem cubitis quadraginta novem, & erupit & incendit, quos reperit juxta fornacem de Chaldeis. Angelus autem Domini descendit cum Azaria & sociis ejus in fornacem, & fecit medium fornacis quasi ventum roris flantem, & non tetigit eos omnino ignis, neque contristavit, nec quidquam molestia intulit. Tunc hi tres quasi ex uno ore laudabant Deum in fornace dicentes: Benedictus es Domine, &c. Dan. 3. Eccè multiplicem materiam variarum bonarum reflexionum. Aperuit puteum abyssi, & ascendit fumus putei, sicut fumus fornacis magna. Apoc. 9. Imaginate tibi infernum.*

Columna.

PER diem columna nubis, per noctem columna ignis. Exod. 13. *Præcedebat Israelitas. Sic gratia Dei te de die ac nocte ducit ac illuminat per desertum mundi hujus. Columna cali contremiscunt. Job. 2. coram divina Majestate, in cujus præsentia tu adeo irreverens & sæpè contumax*